Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



45

persecuti sunt me adiuua me domine deus meus qa
seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus
ps Beati immaculati in via qui ambulant in lege
domini. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis deo Oro
Da nobis quesumus domine mutari quod ca-
dimus in disciplinis et munitos diligere
quia eius natalicia celebramus qui no-
uit etiam pro persecutoribus exorare dominum n.
et de natiuitate sancti iohannis euangelistae. Deo gratias apostolorum
In diebus illis. Stephanus plenus gra-
tia et fortitudine faciebat prodigia et signa
magna in populo. Surrexerunt autem quidam
de synagoga que appellabat libertinorum et
cyrenensium et alexandrinorum et eorum qui erant
a cilicia et asia disputantes cum stephano
et non poterant resistere sapientiae et spiritui q
loquebatur. Audientes autem hec dissecabant
cor eorum et stridebant dentibus in eum
Cum autem esset stephanus plenus spiritu san-
cto intendens in celum vidit gloriam dei et iesum
stantem ad dexteram eius. Ecce video celos
apertos et filium hominis stantem ad dexteram
virtutis dei. Exclamantes autem voce ma-
gna continuerunt aures suas et impetu
fecerunt unanimiter in eum. Et eiicientes
eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes
deposuerunt vestimenta sua secus pedes
adolescentis qui vocabatur saulus. Et la